# XXXIII

quietē querere cū seipso. scđo eā habere cum ꝓximo. Quō em̄ pacificus poterit esse alteri qui nō est pacificus sibiipsi Est igit̄ primo pax habenda interius. scđo iuxta posse est exquirenda exterius Unū predicti verbi talis ē sensus. pacē habete primo cū vobis ipīs. ⁊ sic scđo inquantū est in vobis eam habeatis cum omibus alijs primū ergo innuit qn̄ dr̄. Quantū ex vobis est. tūc em̄ ex homie est vt pacē requirat ꝓximi si prius hab; pacem sui. Secūdū vero nota cū dr̄. cum omibus ho. pa. ha. nam tm̄ est bonū pacis ꝙ dn̄s eam cōmendauerit. nascēdo ꝑdicando moriēdo et resurgendo Dico ꝙ primo eam recommendabilē reddidit mundo nascēdo. vn̄ ipo nato mox angeli cantauerūt. Gloria in excelsis deo. et in terra pax homib⁹ bone volūtatis. Luc. ij. vnde longe dictum est ꝑ ꝓphetam Orietur in diebus eius iusticia et abundātia pacis. Scđo pacē admirabilē reddidit ꝑdicando. nam sꝑ pacē docuit. semꝑ pacē ꝑdicauit. et semꝑ pacē nunciandā discipulis mādauit. vn̄ dictu; est aplīs Lu. x. In quācunq; domū intraueritis primum dicite Pax huic domui Tercō pacē cōmendabilē moriendo ostēdit. nā vt nos ad diuinā pacem induceret voluit capi ligari velari flagellari alapis cedi ꝯspui crucifigi et occidi. vn̄ dr̄ Ephe. ij. Uos qui eratis longe facti estis ꝓpe in sanguine xp̄i. et seqtur. Ipe ē em̄ pax nostra qui fecit vtraq; vnū ¶ B

Quarto pacē cōmendabilē reddidit resurgendo. nā ante omia resurgens a mortuis ⁊ apparēs aplīs eis de pace mentōe; fecit Ioh. vl. Pax inquit vobis ego sū no. timere et breuiter vt laudes pacis cōcludā. de nulla alia re q̄; de sola pace dominus testamentū fecit Hāc em̄ solā añ mortē discipulis cōmendauit Iohā. xiiij. Pacem meā do vobis pa. re. vo. sic igitur planū est ꝙ qui inimicus est pacis. q̄ discordias inter homies ponit. omne illđ quantum i se est destruit ꝓpter qđ deus i mundū venit. destruit etiā omē qđ docuit. etiā omē qđ discipulis cōmendauit. s; q2 nomē pacis nō est vniuocū sed multipliciter dictū. ideo ne ei⁹ equiuocatō nos fallat qui nomī pacis falli nō potest in pace. hoc mō distinguit̄ ¶ C Est em̄ pax maloꝝ. pax iustoꝝ. et est pax beatoꝝ: prima est detestabilis. scđa est cōmendabilis. tercia vero ē desiderabilis. prima fugienda est q2 mala et de hac ꝓpheta ꝑs. lxxij. zelaui suꝑ iniquos pacem peccatoꝝ videns. nam zelo iusticie motus mirabatur ꝓpheta. quasi dolēs ꝙ peccatores pacem habuerēt. vnde et dicebat Mei aūt pene moti sūt pedes ⁊ pe. ef. sūt g. mei. ⁊ hoc ideo erat q2 sola pn̄tia non futura attendebat. vn̄ et dicebat Nō est respect⁹ morti coꝝ ⁊c̄. in labore hoīm non sunt ⁊c̄. et dixi. ergo sine causa iusti. et seqtur. Existimabā vt cognoscerē supple hāc veritatem. sed hic dolor est ante me donec intrem in sanctuariū dei ⁊ intel. in no. e. vn̄ subdit. ꝓpter dolos posuisti eis deiecisti e. de alle. quō facti sunt in desola. ⁊c̄. lege totū psalmū q2 miro mō est ꝑdicabilis

D ¶ Nota ergo ꝙ pax hec mala ē triplex. Est em̄ pax assumpte iocūditatis. ⁊ hec est hominū mundanoꝝ qui querunt pacem in diuitijs. in delicijs carnis et per amorem quiescunt in eis. quō pacem habet qui in bello ꝯtinuo est. nōne semꝑ bellum impijs est cū ꝯscientia arguēte cū ꝓximo opprimēte. cū carne rebellāte. cum dyabolo insidiāte et cū dō puniēte Quō ergo pacem habere potest qui tam multos et tam potentes aduersarios habet. Cogita etiā quō pax illi sit quē semꝑ tangit memoria mortis. sic enim dr̄ Ecc. xlj. O mors q̄; amara est memoria tua homini pacem habēti in diuitijs suis. ⁊ si sic est amara sola memoria quid erit experientia cū dolor ex amore causet. necesse ē vt in morte tanto maior sit dolor. quāto ad hec tꝑalia maior est amor. vn̄ glosa super verbo predicto sic ait. Qui mundi



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0095
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG